

bent legitimas excusationes ad proponendum, vel si habent, omittunt, vel si proponunt, aliquando non legitimas excusationes ad proponendum habent, sed friuolas, & à iure non approbatas. Quibus casibus omnibus cessat ratio appellandi, & sic euidenter apparet, iura disponētia, à nominatione muneris utilitate priuati, non appellari, non seruire de vento, vt putauit Escacia. quia aliud est, non posse appellari à nominatione, aliud posse appellari à reiectione legitimæ excusationis propositæ.

27 Nec his obstat text. in l. cum in vna. §. tutor ff. de appella. vbi dicit: tutor pupillo datus si prouocet, interim pupillo curator dabitur, &c.) quasi innuere, & supponere videtur ab ipsa datione, & nominatione fuisse prouocatum. quia intelligēdus est secundum d. §. si quis tutor. & l. scire oportet, cum alijs, vt ab excusationibus non admittis, non autem à nominatione dumtaxat, appellatum fuerit. prout optimè interpretatur, & intelligit glo. verbo non appellat, in d. §. qui autem excusare, instituit. de excusa. tuto. qui est verus intellectus, quia tunc à reiectione iustæ excusationis propositæ, licet appellari, ex supradictis. quoniam à denegato beneficio iuris appellationi deferendum est interpositæ, vt diximus ad propositum supra lib. 2. cap. 1. de interlocuto. circa appell. ab exceptio. & sic illa verba d. §. tutor si prouocet, & intelligi necessariò debent, tempore quo potest (terminis habilibus suppositis) quia dispositio de aliquo actu loquens, intelligitur de valido, solemnni, & solemniter celebrato, l. non putauit, §. non quæuis, de bonorum possess. contra tabu. latè in c. 9. in fi hac 3. p. in c. quando ratio appellandi est in promptu, à principio.

CAPVT IX.

Si in iudicijs priuilegiatis, seu alijs inappellabilibus ratio appellandi sit in promptu, appellationi à sententia emissæ an iudex non deferens vim faciet. & ibi exactè quando appellandi ratio in promptu esse dicatur: præcipue in prouisione beneficiorum, tam curatorum quam simplicium.

SYMMARIUM.

Claus est totius tractatus violentiæ solemnitate ac forme omisio, qua inducuntur nullitates, ad quas peritissimi aduocati confugiunt, cupientes impedire executionem, etiam his

causis sui natura inappellabilibus. num. 1.
Nullitas aut euidentis iniquitas apparet ex actorum inspectione dicitur esse in promptu, & notorie constare. n. 2. & vide n. 34.
Dispositio excludens omnes nullitates non intelligitur exclusiua nullitas notoria, que patet ex actis. n. 3.
Et quid iure regio remissiuè ibidem.
Appellandi ratio in promptu esse dicitur, etiam casibus alijs priuilegiatis, & sui natura inappellabilibus; si nullitas apparet ex actis, cum tunc sententiæ executio suspendatur. n. 4.
Appellandi ratio in promptu esse dicitur, quando incontinenti iustificatur appellatio, que est legitima admittitur quoad utrumque effectum. n. 5.
Iniquitas euidentis, & iniustitia notoria, idem operatur ac nullitas, atque pariformiter sententiæ executionem impedit. n. 6.
Appellatio nunquam intelligitur prohibita ratione respectu notorie iniquitatis. n. 7. vide num. 34.
Senatus Regius aditus per viam violentiæ communiter decernit, deferendum esse appellationi interiectæ, vbi euidentis iniustitia apparet ex actis (reprobata opinione Iosephi Sese). n. 8.
Sententia nulla executionem non meretur, quæ & nomine sententiæ caret. n. 9.
Dispositio loquens de actu, intelligitur de valido, non de nullo. n. 10. & n. 12.
Quod nullum est, effectum non sortitur. n. 11.
Dispositio nulla caret executione, nomine & effectum, atque pro non facta reputatur. n. 12.
Per actum nullum non interruptitur prescriptio. num. 13. remissiuè vbi simul de effectibus sequentibus.
Non perpetuatur iurisdictio.
Non rumpitur primum testamentum validum.
Non inducitur mala fides.
Non inducitur litis pendentia.
Non tribuit causam prescribendi.
Non expirat potestas quominus actus iterum valeat celebrare.
Testium examen nulliter factum non derogat primis depositionibus.
Publicatio minus rectè facta non impedit.
Non cadit quis in commissum, vide remissiuè d. num. 13.
Actus nullus aliquos an pariat iuris effectus, & quos. n. 14. remissiuè.
Clausula (parito iudicato) operatur his casibus dumtaxat, quibus sententia transiit in rem iudicatam, aut alijs executionem meretur. n. 15.
Rescriptum Principis recipit interpretationem à iure communi. ibidem.
Clausula (parito iudicato) non operatur quando sententia est nulla, nec alijs meretur executionem. n. 16.

Clausula

Clausula (parito iudicato) vt effectus impediatur, debet nullitas esse notoria patens ex actis. num. 17.
Clausula (parito iudicato) non operatur vbi sententia est notorie iniusta, quia non transit in rem iudicatam. n. 18.
Ratio appellandi vbi est in promptu, putà per nullitatem, etiam in remedio l. fin. C. de edicto d. Adri. appellatio utrumque habet effectum. num. 19.
Appellatio ab executione notorie nulla virtute obligationis Cameralis, aut guarantee admittitur quoad utrumque effectum. n. 20.
Ius præcipiens fieri executionem contractuum, non intelligitur de nullis & inualidis, cuius exceptio executionem rectè impedit. n. 21.
Nullitas notoria patens ex actis impedit executionem trium conformium. n. 22.
Appellari potest etiam vbi alijs ius prohibet, quando nullitas patet ex actorum inspectione, quia tunc cessat presumptio, que erat pro sententia. n. 23.
Nullitas notoria in genere sumpta diuiditur in tres species. n. 24.
Appellatio à nullitate paratam habente probationem, impedit executionem vnius sententiæ, siue sui natura sit priuilegiata, vt in alimentis, possessorijs, obligatione Camerali, &c. siue quia transierit in rem iudicatam. ibidem.
Siue hec nullitas exceptio probetur ex eisdem actis, siue aliunde, dummodo sit in continenti. num. 25.
Nullitas notoria & manifesta patens ex actis impedit trium conformium executionem, non tamen alia probatio, etiam in continenti hoc casu releuans est. n. 26.
Iurisditionis defectus probatur ex inspectione processus. n. 27.
Citationis defectus probatur ex actorum inspectione. n. 28.
Mandati defectus probatur ex actorum inspectione, & impedit executionem etiam trium conformium. n. 29.
Nullitas apparet ex facie sententiæ magis quam alia quæuis dicitur notoria. n. 30.
Sententia lata non seruatis terminis substantialibus iudicij est notorie nulla, atque nullitas insanabilis. n. 31.
Nullitas proueniens tam ex non seruatis terminis substantialibus, quam ex alijs concernentibus substantiam iudicij, & ob non seruatum formam statuti requisitam ad actum, impedit executionem. n. 32.
Nullitas requirens altiore indaginem, quia nec constat ex actis, nec in continenti eius probatio offertur, impedit executionem irretractabilem. num. 33.
Notoria iniustitia tunc impedit executionem sen-

Salgado de protect. Reg. Tom. II.

sententiæ, quando euidenter ex actis apparet, sufficit tamen qualis qualis offuscatio ad tollendam illius notorietatem. n. 34.
Acta faciunt rem notoriam, quia quod ex actis resultat, notorium dicitur. n. 35.
Sententia amplius non dicitur notorie ex actis nulla & iniqua, quando ex aduerso aliquid opponitur, quod dubitationem, aut offuscationem pariat. n. 36.
Oppositio & offuscatio etiam si contineat iuris subtilitatem tollit notorietatem nullitatis ex actis resultantem. n. 37.
Nullitas velata, qua potest habere dubitationem & disputationem, non est notoria, nec impedit executionem trium conformium. n. 38.
Forma si est omisa in prouisione beneficij tam curati, siue simplicis, vel alia nullitas apparet, appellatio admittitur suspensiuè. n. 39.
Prouisio beneficiorum erit nulla, si non seruetur forma prescripta à iure, statuto, aut fundatione. n. 40.
Forma omisio actum corrumpit, & vitiat. n. 41.
Beneficium prouisum non seruata debita forma nec acceptari, nec retineri potest, etiam in foro conscientie, secundum magis communem opinionem. n. 42.
Forma & solemnitas ad prouisionem beneficij non fundatur in presumptione, nec falsa causa, & sic etiam si fraus absit obligat in conscientia. n. 43.
Prouisio Parochialium facta non seruata forma prescripta à Concil. Trid. sess. 24. de reformat. c. 18. & motus proprii in conferendis, irrita est ipso iure. n. 44.
Prouisio Parochialis non seruata forma vacare dicitur, vt antea. ibidem.
Clausula (irritans) qua vitantur Concil. Trid. & motus proprii, inducit formam. n. 45.
Clausulam (irritans) continent omnia decreta Concilij Trident. n. 46.
Decretum (irritans) contentum in lege conciliari, an & quando etiam ipsum Papam liget. num. 47.
Appellationi à prouisione beneficij siue curati, siue simplicis, siue extrajudicialiter siue iudicialiter celebrata, nulliter tamen & cum forma omisione, deferendum esse, indistinctè discernitur in supremis tribunalibus aditis per viam violentiæ. n. 48.
Edictorum omisio in prouisione Parochiali an vitiet concursum, & qui affirmatiuam indistinctè tenuerint. n. 49.
Edictorum omisio regulariter prouisionem beneficij non vitiat, nisi tantum vbi consilium prouinciale id statuit. n. 50.
Connuncuntur Doctores contrariam opinionem tenentes, scilicet Zerola & Cechus, vbi verus sensus declarationis Congregati, per eos citata restituitur. n. 51.

h

Concurfus

Concurfus est precisè faciendus in provisione Parochialis, ergo edictum est ne essarium: non est legitimum argumentum. *ibidem.*
 Edictum in provisione beneficii iuris patronatus indistinctè an sit necessarium. n. 52.
 Edictum ad Parochialem proponendum est cum termino decem dierum, nec ultra alios decem dies prorogari potest. n. 53.
 Circa provisionem beneficii curati qua forma sit prescripta à Concilio Compostellano refertur. num. 54.
 Terminus edictorum an curat, ex quo tam in valuis Ecclesia Cathedralis, quàm Ecclesia beneficii fuit apposta, ita ut sit attendenda ultima effigies. n. 55.
 Edictorum prorogatio fieri non potest absque causa. n. 56.
 Edicto apposto cum maiori termino viginti dierum prouiso an vitietur in totum, an solum edictum respectu excessus dumtaxat. n. 57.
 Oppositores post viginti dies, & intra terminum excessuum & prorogatum per Episcopum, nec sunt legitimi oppositores, nec ad concursum sunt admittendi. n. 58.
 Edictum appositum cum minori termino decem dierum vitiat provisionem. n. 59.
 Terminus à lege inductus non debet à iudice abbreviari. n. 60.
 Iudex non debet arbitrari in his, que sunt à iure determinata. n. 61.
 Terminum nimis breuem ne ad plurimorum notitiam veniat edictum procurans petens collationem, institutionem facit irritam. n. 62.
 Forme iuris non satisfit ex nimia festinatione, imò illi detrahatur. n. 63.
 Concurfus, & examen ante lapsum terminum edictorum est nullum. n. 64.
 Concil. Trident. sess. 24. de reformat. c. 18. in illis verbis (transactò constituto tempore, &c.) exponitur. *ibidem.*
 Concurfus factus intra terminum edictorum an sustineatur, si alius oppositor non compareat. num. 65.
 Examen Parochialis vacantis non debet fieri nisi cum tribus saltem examinadoribus. n. 66.
 Examinadores ad minus sex singulis annis eligendi sunt ab Episcopo in Synodo, ex quibus tres quolibet ad singulas vacationes potest eligere. n. 67.
 Synodus formalis quomodo, & ad quid sit. n. 68.
 Examinadoribus minus sex deputatis in Synodo deputatio non erit legitima, sed contra formam Concilij, & concurfus per eosdem factus erit irritus. n. 69.
 Examinadoribus sex deputatis in Synodo, si aliqui intra annum vel mortui, vel absentes sint, tota facultas spectat ad superiores, etiam si vnus tantum sit vnà cum Episcopo, aut Vicario. n. 70.

Examinadoribus omnibus intra annum mortuis vel absentibus, Episcopus vsque ad numerum subrogabit alios ex antiquis Synodalibus. n. 71.
 Examinadores antiqui si tot non sint, Episcopus alios suppleat, approbatos tamen à Capitulo. num. 72.
 Examinadores etiam antiqui si nulli supersint, alios novos non minus sex deputet cum approbatione Capituli. n. 73.
 Forma quando non potest seruari precisè, sufficit actum facere eo modo, quo potest, & per aequipollens. n. 74.
 Forma à noua constitutione inducta, & illa de facto non potest obseruari, puta; quia deficit persona, aut qualitas requisita, sufficit actum fieri eo modo, quo prius geri poterat. n. 75.
 Examinadores non possunt deputari incerti, puta; prior talis monasterij Magistralis aut Doctoralis, &c. ita ut futuri comprehendantur. num. 76.
 Concurfus per examen in provisione Parochialis requiritur pro forma, ita ut eius omisio illam vitiet, ac nullam reddat. n. 77.
 Oppositori quantumcumque docto etiam notoriè non potest conferri beneficium Parochiale absque concurfu, quem ipse subire tenetur. n. 78.
 Examinadores debent pro forma renuntiare Episcopo, quotquot idonei reperi fuerint, & an debet hac renuntiatio fieri secreto aut palam. num. 79.
 Concurfus etiam requiritur pro forma in Parochialibus iuris patronatus Ecclesiastici. n. 80.
 Forma Concilij est ut patronus Ecclesiasticus vnum presentet ex approbatis ab examinadoribus peracto concurfu. n. 81. & 80.
 Patronus Ecclesiasticus si presentauerit ante examen per concurfum, eius presentationis virtute non erit facienda institutio. n. 82.
 Nisi iterum denuo expresse vel tacite presentatus sit post examen, & approbationem inter ceteros. *ibidem.*
 Institutio seu collatio quando facienda est ex certo genere personarum, vel ex personis certi generis, quibus aliqua qualitas requiritur (prout in exemplis ibi appostis) alijs facta, irrita est, & nulla ipso iure. n. 83.
 Qualitatum appositio in provisione beneficii est forma, & earum omisio vitiat. n. 84.
 Collatio seu presentatio quando sit facienda certe persone, seu certo generi personarum, dicitur necessaria. n. 85.
 Forma nouiter inducta à Trident. precisè & specificè est seruanda. n. 86.
 Qualitas adiecta verbo, vel participio, debet intelligi secundum tempus verbi, vel participij. num. 87.
 Verba preteriti temporis precisè requirunt confirmationem, & perfectionem actus. n. 88.
 Qualitas que à principio requiritur tempore provisionis

uisionis beneficii, non sufficit, si postea sequatur. n. 89.
 Instrumentum productum ante litem contestationem, non probat, nisi postea tempore probatorio fiat eius noua reproductio. n. 90.
 Appellatio à Procureatore interposita tempore, quo carebat mandato, non sustinetur, etiam postea habens sufficiens, si de nouo non appellet intra terminum. n. 91.
 Nec talis appellatio casus attentata, quia qualitas que requiritur tempore actus, non sufficit, si post actum sequatur. n. 92.
 Patronus Ecclesiasticus non solum potest nouiter presentare expresse, sed etiam tacite aliquem actum gerendo in fauorem illius, quem presentauerat ante concurfum. n. 93.
 Resignatio facta sine consensu patroni est nulla, & si ex hac causa patronus presentet aliquem, non tenet, quia non abdicat ius à resignante, at si lite pendente resignans moriatur, & patronus prosequatur litem cum resignatorio, & asserat institutum iam presentatum, hec litem prosecutio equipollet noue presentationi. num. 94.
 Presentatio tacita inducta ex litem prosecutione excludit denolutionem. *ibidem.*
 Collatio beneficii illiterata facta, licet sit nullas tamen si postea literas addiscat, & conferens sciens non penituit, intelligitur denuo tacite conferre, & prior reuiscit. n. 95.
 Possessionis beneficii traditio facta ab habente potestatem per necessarium antecedens, inducit tacitam, & virtuale collationem. n. 96.
 Collatio & presentatio beneficii potest fieri non solum expresse, sed etiam tacite. n. 97.
 Concurfus ad Parochialem iuris patronatus Ecclesiastici, sicut & ad alias merè collatas etiam reseruatas sue sanctitati, & etiam in mensibus reseruatis, debet fieri ab ordinario, & tunc in mensibus reseruatis electio est Episcopi, non patroni. n. 98. & 99.
 Parochialis iuris patronatus Ecclesiastici vacantis in mensibus reseruatis Sedi Apostolica concurfus sit seruo patrono. n. 99.
 Et quomodo sit fides concurfus ad sedem transmittenda. *ibidem.* & latius n. 103.
 Ius patronatus Ecclesiasticum ex quibus acquiratur. n. 100.
 Beneficia iuris patronatus Ecclesiastici sub reservatione comprehenduntur, quia facile huic iuri patrona. praiudicatur. n. 101.
 Derogatum intelligitur ius patronatus Clericorum ex sola collatione beneficii facta à Papa alio non expresse. n. 102.
 Ordinarius intra quatuor menses curretes à tempore notitia vacationis tenetur mittere Sedi Apostolica fidem approbationis concurfus facti in Parochialibus vacantibus in mensibus Apostolicis. n. 103. & qua forma. *ibidem.*
 Salgado de protect. Reg. Tom. II.

Forma à Concilio tradita si omittatur in provisione Parochialis vacantis in mensibus reseruatis, tale beneficium potest impetrari, & concedi solet breue rigorosum de capienda possessione nomine Camera. n. 104.
 In provisione Parochialis iuris patronatus laicorum concurfus non requiritur, & que forma sit inducta. n. 105.
 Concil. Trident. sess. 24. de reformat. c. 18. in illis verbis (quod si ius patronatus laicorum, &c.) explanatur circa formam seruandam in provisione Parochialis iuris patronatus laicorum. *ibidem.*
 Concurfus ad Parochialem iuris patronatus laici in quibus casibus requiritur. remissiuè. n. 106.
 Concurfus an sit necessarius in beneficio iuris patronatus mixti Ecclesiastici & laici, affirmatiuè resoluitur. n. 107.
 Concurfus est necessarius in Parochiali iuris patronatus mixti pro vna tantum parte, pertinentis ad Clericos, & pro duabus ad laicos. n. 108.
 Concurfus peracto in Parochiali iuris patronatus mixti Ecclesiastici & laicalis, ex approbatis, patroni presentant ordinario instituentum. num. 109.
 Qualitas attenditur que Ecclesia predest, & est magis fauorabilis, cum ex concurfu maior utilitas sequatur Ecclesie. n. 110.
 Ius patronatus Ecclesiasticum ut dignius, trahit ad se seculare. ut minus dignum, & pars Clerici trahit ad se partem laici. n. 111.
 In iure patronatus mixto ubi non concurrunt Ecclesie fauor, sed patroni dumtaxat, tunc qualitas laicalis preualet Ecclesiastica. n. 112.
 Laicus propter societatem Clerici non debet damnari pati, nec suum perdere priuilegium. *ibidem.*
 Societatem in re in diuina alteri non preiudicare, equum est. n. 113.
 Ius patronatus mixtum non cadit sub generalibus reservationibus. n. 114. & n. 127.
 Iuri patronatus quando derogetur. num. 115. remissiuè.
 Concurfus est necessarius in provisione dignitatis vnite Parochialis eque principaliter. n. 116.
 Ex vnione facta eque principaliter nihil alteratur, sed quodlibet beneficium manet ut antea, & quolibet Ecclesia in suo statu, honore & priuilegijs, propriisque redditus agnoscat, sed vtriusque vnus est Rector. *ibidem.*
 Vnita dua Ecclesie eque principaliter si sint in diuersis diocesibus, vel collatio duobus pertineat, in earum provisione vtriusque Episcopi aut collatoris requiritur consensus. n. 117.
 Vnio si est facta accessorie, eius tantum Episcopi requiritur consensus, in cuius diocesi extat principale beneficium, n. 118.
 Qualitas & natura beneficii vnite accessorie non attenditur, sed principalis. n. 119.

Vnitum alteri accessorie principalia naturam consuetudines & privilegia assumit. n. 120.

Vnitum accessorie perdit propriam prerogativam, proprium nomen, ac titulum extinguitur, & de cetero denominatur à principali. num. 121.

De effectibus resultantibus ex unione accessorie aut eque principali facta, qui videndi remissive. n. 122.

Concursus in parochiali iuris patronatus laici non requiritur, quando vnus tantum presentatur à patrono, secus autem quando plures à patrono presentantur, quia inter ipsos & non alios necessarius est concursus, & ex approbatis vnus eligit ordinarius. n. 123.

Quod procedit, quando singuli presentati à Patronis laicis habent equalem seu aequales voces, quia tunc inter ipsos habebit locum concursus, secus si aliquis haberet plures, aut maiores voces, & maiorem partem patronorum, quia is dumtaxat erit examinandus. n. 124. quod fallit ut infra sub n. 128.

Maior pars predominans attenditur. n. 125. Denominatio semper fit à potentiori. n. 126.

Reservatio licet non intret in patronatu mixto, procedit in mixtura aequali, secus si pars Clericorum habet plures voces, quam laicorum, quia alteratur beneficij natura. n. 127. vide num. 114.

Presentati plures Clerici à patronis laicis maiorem vocum partem habens, solus est examinandus ad parochialem, nec appellationi interposita à minore parte habente deferendum est. n. 128. quod limita ut ibi.

Appellationi interposita à prouisione beneficij cuiuslibet facta spretio & contempto iure patronatus, an sit deferendum, & vim fieri declarandum. n. 129.

Appellationi à prouisione beneficij nulla cum executionem non mercatur, erit deferendum. n. 130.

Collatio facta ab ordinario spretio & contempto patrono, & iure patronatus intra tempus datum ad presentandum, est nulla ipso iure. num. 131.

Text. in c. discernimus 16. q. 7. & text. in c. cum Bertold. interpretantur. ibidem.

Verba presentis temporis inducunt nullitatem ipso iure. n. 132.

Collatio facta per ordinarium de beneficio iuris patronatus tunc erit nulla, si patronus reclamet contra illam intra terminum sibi competentem ad presentandum non alias. n. 133.

Ratio vera redditur, quare collatio ab ordinario facta spretio patrono non sit nulla, non reclamante patrono intra terminum. n. 134.

Annulatus actus in fauorem alicuius subintellegitur illa conditio si voluerit ille, in cuius fauorem actus annullatur. n. 135.

Emphyteuta ob non solutionem tunc cadit in commissum domino volente, & declarante. n. 136.

Contradictio contra collationem facta spretio patrono inducitur non solum tacite presentante patrono intra tempus, sed etiam expresse, & etiam per appellationem interpositam à collatione. n. 137.

Actus geiti inconsulto patrono qui reualidetur subsequente, & superueniente patroni consensu, remissive. n. 138.

Appellatio in Parochiali per presentatum afferentem se maiorem partem patronorum, & vocum habere, interposita ab ordinario instituyente alterum presentatum, quem minorem partem vocum habere contendit appellans, an ut legitima suspendat. n. 139.

Presentato à maiori parte patronorum & vocum debet fieri institutio, & praferri habeant minorem partem. n. 140.

Ius patronatus competens pluribus ut singulis, aut pluribus ut vniuersis, quomodo consideretur respectu vocum pluralitatis. num. 141. remissive.

Institutio facta contemptis patronis est irrita, & propterea appellatio ab ea etiam in Parochiali, ut licita suspendit. n. 142.

Appellationem interpositam per presentatum (ut ass. rit.) à maiori parte ad Parochialem regulariter non suspendere executionem institutionis, ut verius defendit Author. n. 143.

Institutio facta presentato à minori parte patronorum, non dicitur facta contempto iure patronatus. n. 144.

Text. in d. cap. discernimus 16. quæst. 7. mirifice interpretatur, ut procedat quando ordinarius confert beneficium ut merè collatum. ibidem. & num. seqq.

Ordinarius instituens ad presentationem patronorum quoquomodo fiat, ius patronatus agnoscit, & ideo institutio non est irrita, ex contemptu iuris patro. n. 145.

Inter patronos vertente lite super iure presentandi presentatus à possessore sustinetur, etiam postmodum euecto iure patronatus à veris patronis, secus quando lis est inter patronos & Episcopum, & de ratione. n. 146.

Ordinarius instituens presentatum à patrono, non dicitur contempisse ius patronatus, & ideo institutio non est nulla ipso iure, sed erit iniusta respectu veri patroni. n. 147.

Sententia lata contra probantem fundum suum esse, & ad alterum spectare declarans, non dicitur nulla ipso iure, sed tantum iniusta retractanda per viam appellationis, non nullitatis. n. 148.

Sententia, qua declaratur aliquem non habere ius patronatus, licet probauerit habere, tamen non potest dici nulla, sed iniusta regulariter. num. 149.

Supremo

Supremorum tribunalium auditoribus cognoscendis per viam violentiam non pertinet regulare voces patronorum, sed vim notoriam dumtaxat tollere. n. 150.

Quod maxime procedit in his controuersis super iure patronatus inter comparatos, quibus vix datur notoria iniustitia absque intricatione, & dubitatione in iure, aut in facto, ac ideo in Parochialibus vim non fieri decernitur: secus si notorietas iniustitia notorie apparet absque aliqua dubitatione. ibidem.

Bald. à Cardinal. Tusc. sequitur declaratur, & ad iuris terminos reducit. n. 151.

Presentatus à maiori parte patronorum instituendus est. n. 152.

Ordinarius presentatum à maiori parte patronorum si non instituat, facit iniustitiam, non nullitatem. n. 153.

Si ex sententia facta patronorum & vocum computatione clare patet, mandari, instituendum presentatum à minori parte; appellatio erit licita quoad vtrumque, etiam in Parochialibus. num. 154.

Exempla in comprobationem plura adducuntur. ibidem. vbi late de errore apparet in sententia.

Ordinarius potest etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatus apponere Vicarios perpetuos in beneficijs curatis vniuersis dignitatibus, vel quibusvis Ecclesijs, non obstante appellatione, iuxta Concil. Trident. de reformat. c. 7. sessione 7. num. 155.

Concursus non est necessarius in prouisione Vicarie perpetue, sed solum ad nominationem, seu presentationem eius, cuius dignitati aut Ecclesie vnita est Parochialis, facienda est institutio & prouiso. n. 156.

Vicaria perpetue non sunt ad liberam electionem ordinarij, sed ad nominationem eius, cuius Ecclesie curati dignitati Parochialis est vnita, prauo examine coram ordinario erit facienda prouiso. num. 157. vbi refertur constitutio Pij V.

Monachi quando ad banc Vicariam perpetuam nominari possunt per Abbatem, cuius monasterio vnita est Parochialis. n. 158.

Appellationi interiecta per superstitem colligantem à prouisione, seu concursu facto per ordinarium cedente vel decedente colligante in possessione vel absque ea, si non deferatur, au vis fiat. n. 159.

Ordinario non est prohibita prouisio beneficij litigiosi cedente vel decedente colligante in perpetuum, sed dumtaxat suspenditur eius potestas, donec litis declaretur euentus. n. 160.

Ordinarij potestas in prouisione beneficij litigiosi suspensa est, quousque superstes euincatur, & executorialis effectum fortiantur, atque possessio auocata ab illo. n. 161.

Salgado de prote&. Reg. Tom. II.

A prouisione beneficij sue curati sine simplicis facta per ordinarium cedente vel decedente colligante, tanquam nulla ipso iure appellationi interiecta non deferens vim faciet. n. 162.

Prouisus contra formam & dispositionem c. 2. ut lite pendens. lib. 2. est de facto remouendus à possessione. n. 163.

Subrogatio gratiosa in locum, ius atque possessionem colligantis demortui, quomodo fiat. n. 164. remissive.

Dispositio c. 2. ut lite pendente lib. 6. habet locum in beneficijs iuris patronatus, ita ut super eodem iure pendente lite, patronus presentare non potest. n. 165.

Litigiosum non dicitur beneficium, nec lis super eo pendere, quando esset dumtaxat mota super possessione, tunc enim sola possessio litigiosa est. n. 166.

Litigiosum non dicitur beneficium, quando super eo ut vnito tantum lis vertitur. n. 167.

Litigiosum non dicitur beneficium, quando agitur super priuatione beneficiati, nisi agens de priuatione sibi simul petat adiudicari. n. 168.

Concursus cessat in beneficio litigioso cedente vel decedente colligante, cum nec ordinarius conferre, patronus presentare, elector eligere possit. n. 169.

Concursus loci habet in parochiali litigiosa, quando per Pontificem facta est subrogatio gratiosa alicui, quam superstiti. n. 170.

Concursus factus in subrogatione gratiosa electo ut magis digno non est facienda collatio, quousque lis finiat, & vincatur superstes, potest tamen admitti electus pro suo interesse in statu litis. n. 171.

Presentatio debet fieri corporaliter coram ordinario, nec sufficit patronum mittere instrumentum presentationis dumtaxat ordinario. num. 172.

Presentatus prius quam instituat debet examinari, ut sciatur an sit idoneus. n. 173.

Presentatio non facta praesentialiter & corporaliter presentati erit nulla, & patrono currit tempus. n. 174.

Presentatio de clerico absente erit nulla. n. 175.

Formam annullatiuam non inducunt omnia contenta in Concil. Trid. sess. 24. de reformat. c. 18. circa prouisionem parochialium. n. 176.

Exempla redduntur in deputatione Vicarij seu economi, & in edicto cum maiori termino apposto, item quod eligatur magis dignus, quorum omisio non reddit prouisionem nullam. num. 177.

Beneficiorum simplicium prouisio ex quibus nulla reddatur, ut appellationi ab ea omnino deferatur. n. 178.

Edicta omnino & necessario precedere debent prouisionem beneficij sine simplicis, sine curati, quod sit iuris patronatus, alijs erit nulla.

h 3 num.

num. 179. aliud est in beneficijs merè collatis. *ibidem*, & n. 179.
 Edicta debent continere terminum competentem & peremptorium. n. 180.
 Edictum non sufficit, sed debent specialiter & nominatim citari patroni, qui sunt certi & cogniti, alijs pronisio erit nulla. n. 181.
 Pronisio beneficij merè collati nullam requirit etiā per edictum citationē regulariter. n. 182.
 Edictorum appositio emissa in beneficio iuris patronatus, licet vitietur, non tamen vitiat presentationem. n. 183.
 Concil. Trid. sess. 7. de reform. c. 13. quam formam induxerit in pronisione beneficiorum simplicium. n. 184.
 Appellari non potest nominatus seu presentatus ad beneficium simplex, quo minus examen subire teneatur. n. 185.
 Nominatus seu presentatus ab vniuersitatibus & Collegijs generalium studiorum non tenetur examen subire in beneficio simplici. n. 186.
 Concil. Trident. d. c. 13. de reformat. sess. 7. interpretatur, & eius verba ponderantur, ut loquatur in presentatis ab Ecclesiasticis personis. *ibidem*.
 Ordo datus formam inducit. n. 187.
 Examen requiritur etiam in beneficijs simplicibus iuris patronatus mixti. n. 188.
 Examine non excusatur etiam quilibet notorie doctus. n. 189.
 Preposteratio ordinis inducit nullitatem & appellationem. n. 190.
 In pronisione canonicatum Doctoralis & Magistralis multa pro forma requiruntur, & quae. n. 191.
 Canonicus, qui non interfuit lectionibus oppositorum ad Doctoralem seu Magistralem an possit votare, & electio an sit irrita. n. 192.
 Canonicus in pronisione Doctoralis, &c. an possit per Procuratorem votare, & an procurator teneatur iurare sicut mandans. num. 193. remissio.
 A Capitulo peccante in forma electionis tam Doctoralis & Magistralis, quam ceterorum, appellationi emisse omnino erit deferendum, & de pluribus difficultatibus irritantibus electiones Doctorales, &c. n. 194. & sursum.
 De pronisione beneficiorum tam simplicium quam caratorum plura annotantur remissio. n. 195.
 Pronisio beneficij sine simplicis sine curati facta iudicialiter, substantialia iudicij debent seruari, alijs omisio causam praebet appellandi suspensio, quamuis alijs seruata sit forma Trident. n. 196.
 Omnis dispositio de mundo loquens de actu, de valido intelligenda est. n. 197.
 Bulla Pij V. disponens sententiam transactam in rem indicatam mittendam executioni, nisi sit nulla ex defectu citationis, iurisdictionis, aut

mandati; subintelligitur etiam de alia nullitate ex defectu substantialis actus iudicij, quantumuis limitatè loquatur de illis tribus nullitatibus. n. 198.
 Executio praedictae sententiae ut impediatur sufficit, ut nullitas aliunde proueniat, etiam si non sit expressa in d. Bulla Pij V. n. 199.
 Bulla praedicta licet disponat super aliqua forma, non tollit nullitatem prouenientem ex forma non seruata alijs à iure requisita. n. 200.
 Statutum disponens aliquam sententiam exequendam non obstat appellatione, nec alio statuto, nihilominus non censetur exclusa nullitas proueniens ex forma alterius statuti non seruata. n. 201.
 Verisimile non est, ut vno statuto disponente super solemnitatibus alicuius actus vellet tollere solemniam alicuius statuti. n. 202.
 Concil. Trid. quamuis det formam pronisioni Parochialis exequenda appellatione non obstante, si iudicialiter procedatur, intelligitur si non sit nulliter processum. n. 203.
 Privilegium quantumuis late ampliationis non debet ita interpretari, ut contineat plures specialitates. n. 204.
 Facultas testandi concessa inhabili intelligitur seruata forma in testamentis requisita. n. 205.
 Citationis omisio iudicium & sententiam reddit nullam. n. 206.
 Citatio noua est necessaria, quoties iudicis aut parvis datur mutatio. n. 207.
 Citatio noua requiritur ad probationem faciendam, quando primus receptor, qui semel citatus, sit mutatus, & alius subrogetur ad probationes recipiendas. n. 208.
 Litigans si moriatur noua citatio cum relatione status litis in successorem est necessaria, alijs corrumpit iudicium. n. 209.
 Licentiatius Don Garcia Lopez Salgado à Sotelo Authoris charissimus Frater laudatur in cuiusdam facti contingentia. n. 210.
 Iurisdictionis tam delegata quam ordinaria defectus insanabilis nullitas est, & eius materia remissio. n. 211.
 Mandati & legitimatationis personarum defectus nullam reddit sententiam. n. 212.
 Ad nullitates redentes iudicium nullum tam in temporalibus quam in beneficialibus qui videndi. n. 213.
 Sententia lata in tam breui tempore, tantaq; festinatione, ut verisimiliter processus inspicere non potuit, est nulla ipso iure. n. 214.
 Gemina, inchoat in iudices qui precipitanter proferunt sententiam, ita ut possit praesumi non adhibuisse causae cognitionem. n. 215.
 Appellationi minus solemniter, aut alijs nulliter proposita etiam ab actu & sententia, alijs sui natura appellabilis; deferendum non est, nec impedit executionem illius. n. 216.

Appellatio

Appellatio ex quibus causis nulliter proposita dicitur, ut eius delationis locus non sit, feriatim, obiter tamen recensentur. n. 217.
 Appellationi proposita aut proponenda renuntiata per partem tacite vel expresse non est deferendum. n. 218. & quae tacita sit renuntiatio. *ibidem*.
 Terminus appellationis à quo tempore currat, & an de momento ad momentum. n. 219.
 Appellationis dies à principio sunt utiles, quoad progressum continui. n. 220.
 Ratificatio appellationis debet fieri intra terminum ad appellandum. n. 221.
 Terminus ad appellandum currit à tempore scientiae & notitiae. n. 222.
 Scientia & notitia procuratoris cum quo lis acta fuit ad appellandum, nocet domino, & illi ex tunc currit. n. 223. & 228.
 Ignorans semper dicitur esse intra terminum ad appellandum. n. 224.
 Intimatio sententiae quomodo faciendae est condemnatio. *ibidem* remissio.
 Gestae intra decem dies ad appellandum à tempore sententiae, licet sint nulla & attentata; tamen gesta post illos, & antea quam perueniat sententia tenor ad notitiam condemnati, non reuocantur per viam attentati, quia non sunt nulla ipso iure, sed per viam iustitiae. n. 225.
 l. 1. c. si sepius in integ. restit. post. exornatur in illis verbis (appellare enim debuistis si sententia vobis displicebat). n. 226.
 Terminum sibi assignatum, ad aliquid gerendum labi permittens, censetur illi renuntiare, nec ulterius audiendus. n. 227.
 Appellari an & quando possit post decem dies, & de alijs substantialibus appellationis remissio. n. 228.
 Renuntiatio appellationis quando expresse per transactionem fiat. n. 229.
 Renuntiatio per pactum de non appellando valet, & non suspenditur sententiae executio. n. 230.
 Renuntiatio appellationis inducitur per pactum de stando vnicæ sententiae valet. n. 231.
 Appellatio à sententia & actu nullo admittitur, & suos operatur effectus. n. 232.
 Appellandi necessitatem à sententia nulla tollit ius, non facultatem. *ibidem*.
 Nullitas non principaliter, sed per viam appellationis proposita appellationis naturam assumit, & causat attentata. n. 233.
 Appellationi à sententia notorie nulla ex aliquo defectu lata etiam alias privilegiata & inappellabili nisi deferat iudex vim faciat. n. 234.
 Appellationi informiter aut nulliter proposita à sententia sui natura appellabilis deferendum non est. n. 235.
 Sententia lata contra vel pro defuncto valet, quando procurator in vita fuisse per contestationem factus Dominus litis, vel quando

Dominus satisfecit de indicato soluedo, dummodo sententia concipiatur in persona procuratoris. n. 236.
 Et quid si Dominus sine harede deceffit, etiam si Procurator sit in rem suam cessionarius, aut in causa possessoria. n. 237.
 Sententia contra mortuum valet, quando iudex ignorauit mortem. n. 238.
 Mandatum factum à Prelato vel Rectore Ecclesiae in his, quae spectant ad ipsam Ecclesiam, finitur morte Prelati, aut Rectoris, etiam lite capta in vita illorum. n. 239.
 Instrumentum presentatum coram alio notario, quam coram quo acta & lis tractantur, non prodest, etiam si alter notarius sit eiusdem tribunalis & iudicij. n. 240.
 Acta gesta in vna causa non probant in alia, etiam si vtraque tractetur coram eodem iudice, nisi eorum fiat reproductio, nec index potest supplere ex capite notorietatis. n. 241.
 Solemnitates de iure & Rota stylo essentialiter requisite si omittantur reuelant, vbi de contrario stylo Hispania apparet. n. 242.
 Stylus & consuetudo respiciens ordinatioria iudicij debet attendi illius tribunalis, vbi lis tractatur. n. 243.
 Stylum iudicis à quo tenetur seruare iudex appellationis. n. 244.
 Stylus Hispaniae, ut vnicæ citatio sufficiat pro toto termino probatorio etiam prorogato, sustinetur à Rota. n. 245.
 Stylus Hispaniae approbatur, quo terminus probatorius eodem tempore currat actori & reo. n. 246.
 Reus si insitiat ex aliqua causa, ut prius sibi non praesingatur dilatio ad probandas suas exceptiones, quousque actor suam probet intentionem in iudicij Ecclesiasticis obtinebit. n. 247.
 Rota stylus obseruat, ut examen testium sit nullum, si fiat à notario recusato, quia sola suspensio iurata illum remouet in totum. n. 248.
 Stylus Hispaniae, quo notario recusato detur adiunctus re non integra ad examinandos testes, Rota Romana approbavit. n. 249.
 Stylus quis seruandus in examinatione testium faciendae in Hispania super lite pendente in Rota & per eius delegatum, seu receptorem, vel Rota attendendum esse, resoluitur. n. 250.
 Vbi quid quando ipse recusatur, an in totum remoueat. n. 251.
 Stylus Hispaniae contrarium stylo Rota pluries approbavit ipsa Rota. n. 251.
 Citatio ad sententiam est omnino necessaria, alijs sententia est nulla ipso iure. n. 252.
 Stylus Hispaniae requirit citationem ad sententiam, sed conclusio in causa eius vim obtinet, & hunc stylum pluries approbavit Rota. n. 253.
 Conclusio in causa semper supplet citationis ad sententiam defectum, intimata vtrique parti post eius discussionem. n. 254.

h 4

Quod

Quod fallit si conclusio non est formiter & solemniter facta. n. 2. 55.

Stylus Rota licet obseruet ut executoriales post intimationem in Rota reproducantur, alias executio dicatur attentata; tamen contrarius Hispania stylus approbatus est. n. 2. 56.

1 LAVIS est totius tractatus huius capituli materia, ad quam passim configunt experti supremorum tribunalium aduocati, dum certant, deferendum esse appellationi, interposita ab aliqua sententia sui natura priuilegiata, & executionem merente, eiusque effectum dum impedire, aut impugnare procurant, fatagunt diligenter, inquires, cunctasque processus particulas rimantes, an forte aliquis ex eo defectus queat detegi, qui nullam reddat sententiam, iustificetque appellationem emissam.

2 Et no quidem immerito, quoniam quando nullitas, aut euidens iniquitas (que in hac materia aequiparantur, vt expresse probant Doctores omnes referendi) ex inspectione actorum, & processus apparet, dicitur notorie, & euidenter, in promptuque constare. notat Doctores in c. inter ceteras de sententia & de iudi. Curtius Senior consil. 59. colu. 6. Ancaran. consil. 2. 11. Felin. in c. cum dilectus num. 14. de calumnia. Areti. consil. 75. Gozadi. consil. 72. Abb. consil. 55. n. 2. lib. 2. Ruin. consil. 88. lib. 4. & col. 36. lib. 5. & consil. 62. & consil. 137. eodem lib. & consil. 196. Guido Papae decisi. 50. Vrtilad Afflictum decisi. 283. num. 1. plures refert Meno. consil. 110. n. 72. lib. 2. Auenda. responsio 26. num. 10. ad ff. Couarr. in pract. questio 3. p. c. 5. num. 3. Oñalora de nobilitate 3. p. c. 5. num. 3. Didacus Perez in l. 2. tit. 15. lib. 3. ordina. glo. 1. vers. intellige & limita. Mexia ad l. Toleti. in responsione ad prime partis secundum fundamentum. num. 35. Azeued. in l. 2. tit. 17. lib. 4. recopi. n. 30. cum seqq. Gutierrez in pract. questio lib. 1. q. 96. num. 5. & seqq. plures citat Orzascus decisi. Pedemont. 142. num. 33. Cesar Barz. decisi. bono. 55. num. 5. qui omnes vnanimiter probant, lege, seu statuto excludentibus nullitatem omnem, non comprehendendi, nec intelligi nullitatem, seu iniquitatem notoriam, & manifestam, que tunc dicitur, quando ex inspectione processus apparet, & regnicola nostri disputant, an censetur exclusa hodie stante lege Regia 2. tit. 17. lib. 4. recopi. statuente terminum 60. dierum quo nullitas aduersus sententiam alleganda sit, quos per te vide.

4 Ac ideo quando nullitas apparet notorie, puta, ex inspectione actorum, iusta est, & legitima ratio, causaque appellandi, etiam a sententis priuilegiatis, & sui natura inappellabilibus, vel alias translatis in rem iudi-

catam, esseque in promptu tunc appellandi rationem, dicunt Doctores statim citandi. Et huiusmodi appellationi nisi iudex deferat, vim faciet manifestam, cum suspendat sententiam executionem, & habeat vtrunque effectum suspensiuum, & deuolutiuum simul, scripsit Bald. in c. pastoralis §. praterea num. 5. de offi. deleg. Auzerius in additio. ad decision. Tholosan. quast. vlti. num. 3. Idem Bal. consil. 367. colu. 1. Capitius decisi. 167. num. 3. gl. 5. in c. ex conquest. in verbo, post appellationem, de restitutione spol. Abb. in d. c. pastoralis colu. penult. vers. 39. effectus de appella. expresse in consil. 44. in presenti questione colu. 2. Decius consil. 45. prestansissima. in §. fundamento, Natta consil. 172. num. 4. lib. 1. Guillel. de Cunis in l. si ex causa §. nunc videndum ff. de minoribus. Alex. post alios in consil. 2. num. 11. & 12. volu. 3. & idem in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. colu. 2. Ab. consil. 55. colu. 1. Roman. consil. 334. n. 1. & seqq. Felin. in c. causam que. num. 6. de rescrip. Ferrer. consil. 308. num. 5. vers. nec obstat. Caputaquen. decisi. 266. p. 2. Rota decisi. 100. num. 12. p. 1. diuerso. plures citat Marefcot. variat. resolutio. lib. 1. c. 86. a. n. 28 & c. 87. a. n. 29. cum seqq.

Et quod quando appellatio est in promptu; puta: quia incontinenti iustificatur appellatio; sit legitima, etiam in casibus priuilegiatis, & aliis inappellabilibus, ex Guillelmo de Cunis in l. si ex causa §. nunc videndum. ff. de minor. sequitur Bald. in l. consentaneum num. 2. 3. vers. quero numquid a tali missione. C. quomodo & quando iudex. Nicell. in concor. glo. concord. 6. fall. 6. sub num. 26. in prima moderatione fol. 191. Auzer. ad Capel. Tholos. decisi. vltima sub num. 2. Cesar Contar in l. vni. c. si de moment. limit. 12. num. 1. qui alios citat.

Et quod idem, quod nullitas, operetur 6 euidens iniquitas, & iniustitia notoria, vt scilicet, sententia executionem impediatur, prout Bald. in d. l. vnica colu. 2. num. 5. vers. de nno quero. Abb. consil. 55. in causa que lib. 2. Maranta in specul. p. 6. actu 2. princip. verbo, & quandoque appellatur. limi. 6. num. 3. 11. fol. 505. Vestrius in praxi lib. 7. c. 3. vers. aut vbi, sub n. 6. fol. 195. Lancelo. tractatu de attenta p. 2. c. 12. limit. 2. 5. n. 15. Achilles Personal. tractatu de adipis. sub num. 347. vers. praterea dato, tomo 3. p. 2. fol. 269. Ioannes Baptista Ponranus tract. de spol. lib. 4. c. 3. n. 50. vers. quocumque fol. 306. dicens, quod respectu notorie iniquitatis, nuqua intelligitur appellatio prohibita, late Contard. in d. l. vnica limi. 9. num. 2. Zuchard. in l. si. n. 447. C. de edicto diui Adrian. tollen. Menoch. de adipiscen. possess. rem. 4. quast. 100. num. 805. Aymon Crauet. consil. 3. iudex habens. num. 18. vers. 11. facis, plures alios citat Marefcotus variat. resolutio. d. lib. 1. cap. 86. nu. 29. & c. 87. num. 33. Hierony. Gabriel. consil. 28. num.

num. 7. lib. 2. Puteus decisi. 401. Mohedanus decisi. 2. de testib. & decisi. 11. de re iudi. Staphileus de literis iustitie §. 2. num. 10. vers. Hinc est. & num. 12. vers. quia aut pro parte, Orzascus decisi. Pedemont. 25. sub n. 22. Menoch. de adipis. 8. rem. 4. num. 8. 54. & in terminis, vt nisi huiusmodi appellationi iudex non deferat, vim faciet. deferreque, & reponere iubetur in tribunalibus: probat alios allegans charus mihi Gaspar Rodriguez in suo tract. de annuis, & mens. reddit. lib. 1. cap. 17. num. 66. post medium, & hoc iure vtimur, idque etiam sollicitatoribus plusquam notum est, praxisque incommutata, & quotidiana supremorum tribunalium, ad qua confugitur per viam violentia & recursus, licet inaduerterter (ne dicam temerarie) aliud aduersus eundem Rodriguez dixerit Sese in decisi. 114. num. 6. & num. 14. cum seqq. 2. p. vt etiam ex dicendis apparebit quia sententia nulla executionem non meretur, prout text. elegans in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudicata, nec nomen sententia meretur. imo dispositio loquendo de aliquo actu, intelligitur de valido, non tamen nullo, vt notant Bart. Ill. & omnes 11 per text. ibi in d. §. condemnatum, & quod nullum est, effectum non sortitur. l. non dubium, vbi Doctores C. de legibus, vltra Cardinal. Tuscum, verbo dispositio omnis intelligitur de actu valido, conclus. 504. per totam, & iterum tomo 6. concl. 87. late Cephal. consil. 160. n. 11. & seqq. Rolan. a Valle consil. 14. num. 25. volu. 1. & consil. 49. num. 29. volu. 4. idem in consil. 73. num. 24. volu. 2. Natta consil. 402. num. 54. vbi plurima exempla reddit. Castrensis late in consil. 50. volu. 2. Romanus consil. 42. n. 3. Ruin. consil. 78. n. 8. colu. 4. idem Cephalus consil. 170. num. 51. late Tiraquel. de retract. lignagier. §. 1. gl. 2. a. num. 5. & per totam. Burfanis consil. 82. num. 4. plures citat Corbulus de iure Emphy. tit. de causa pri. abalien. limi. 22. late Surdus consil. 3. num. 12. cum pluribus seqq. & idem in decisi. 122. a. n. 5. & alij, quos citauit ad fi. huius capi. & passim alibi per eosdem.

12 Quoniam omnis dispositio de mundo, disponens circa aliquem actum, non intelligitur de nullo, etenim quod nullum est, caret executione, nomine, & effectu, & prout non factum reputatur, l. non putauit. §. non quous. vbi Bart. de bonorum poss. contra tabu. l. 1. §. quod autem. vbi Bar. ff. de off. presciti. verb. Bal. in l. cum precibus. C. de probationi. l. quoties. vbi Ill. ff. qui facis. cogar. c. Nicolao. vbi Bal. de appella. clem. si. vt lite pendens. l. si pater C. ne de stat. defuncto. l. sicut §. 1. ff. de oper. liber. cap. veniens. & c. cum Apostolica de sponsal. lib. 2. ff. de iuristo. rupto. §. ex eo autem substit. quibus mod. 1. ff. in fi. l. 1. in fi. cum l. seq. ff. de auctorit. l. quoties. ff. qui fac. cogar. l. de citate §. quod ait pre-

tor ff. de interrogato. actio. l. non dubium. C. de legibus. c. que contra ius & c. non prestat. de regul. iur. in 6. cap. 2. de transla. pralato. clem. 1. de immunit. Ecclie. imperiali 25. q. 2. Bal. Innocent. & Ioan. Andreas in c. dudum de decimis. Ill. consil. num. 8. vers. & propterea volu. 1. Bart. in l. 1. §. parui refert, quod vi aut clam. Roma. consil. 42. num. 3. Ruinus consil. 78. num. 8. colu. 4. Barba. consil. 42. n. 10. & seq. volu. 1. Decius consil. 466. num. 28. Archid. in c. non ita in prin. 2. quast. 6. Paul. Car. in l. 1. §. 1. ff. de ferys. Bal. in l. 1. post prin. C. ex delict. defuncti. idem Bald. in c. 1. colu. 3. de mili. vasallo. qui contu. Guido Pap. q. 159. late Felin. in c. in literis colu. 4. vers. 8. limita de off. delegati. Guido Papae quast. 200. incipit Eymard. Romanus consil. 306. idem Rom. singul. 31. viso exemplo. Guido Papae quast. 124. si index, cum seqq. Capicinus decisi. 35. si index cum seqq. & quod per actum nullum nec interruptatur per scriptio; no perpetuetur iurisdicatio, non rumpatur primum testamentum validum, nec inducatur mala fides, nec litis pendentia, nec tribuat causam praescribendi, nec per actum nullum potestas expiret, quominus iterum fieri possit, item, vt examen testium nulliter factum, non deroget primis depositionibus, nec publicatio recte minus facta, impedit, nec per actum nullum cadat quis in commissum, & de aliis pluribus doctrinis accuratè congestis Vantius in tract. de nullit. sententiarum. tit. quoties & intra quod tempus de nullit. agi possit Et nunquid pariat aliquos iuris effectus, & quos 14 prin. & maxime a. n. 26. cum. seqq. apud quem, & ceteros authores. iuraque, diuersos videbis, & elegantes casus, multa etiam vide per Tiraq. de retra. lignagier. §. 1. gl. 2. a. num. 5. cum seqq. & in tract. de legi. communiati. tit. 15. gl. 8. quast. 4.

Hinc est; quod clausula in rescripto ap 15 poni solita; scilicet (parito iudicato) non operatur nisi in his solum casibus, in quibus sententia transtulit in rem iudicatam, vel alias meretur executione. quia rescriptum Principis recipit interpretationem a iure communi. l. rescripta C. de precibus imperat. offer. secus si sententia sit nulla, nec mereatur executionem, quia tunc haec clausula nihil operatur. Roma. consil. 334. num. 1. & seqq. Felin. in c. causam que. num. 6. vers. & istam regulam, de rescriptis. Ferrer. consil. 308. n. 5. vers. nec obstat. Caputaq. decisi. 266. p. 2. Rota diuers. 100. n. 12. p. 1. vbi haec clausula fuit intellecta conditionaliter, hoc est, quatenus adesset iudicatum. Marefcot. variat. resolutio. lib. 1. cap. 87. a. num. 30. vbi testatur; hoc idem fuisse resolutum in vna Tolertana Capellanica 14. Aprilis 1595. coram Cardinali Millisio, & in vna Faentina Monasterij 22. Iunii, 1607. coram Penia,

Penia, in qua post arduam disputationem, tandem praevaluit opinio dicentium; clausulam istam intelligi vigore sententiae validae, non tamen nullae, quia nihil est. & aduertit ipse Marefcortus ibi num. 3. i. quod ad hunc effectum nullitas debet esse euidens, & debet ex eisdem actis resultare, Caputaq. decis. 266. p. 2. Cou. practiar. quast. cap. 2. 5. num. 2.

18 Et idem dicitur pariformiter de sententia notorie iniusta, quae similiter non transit in rem iudicatam, & ideo dicta clausula (pari- to iudicato) tunc non operatur, vt fuisse de- terminatum in Rota in vna Romana Me- diola. 6. Februarij 1699. coram Coccino, & in vna Illerdens. canonicatus 24. Maij 1596. coram Orano, testatur Marefcot. variar. re- solut. lib. 1. cap. 87. num. 33. vbi alios Doctores citat.

19 Hinc est, quod licet regulariter appella- tio non admittatur a sententia lata in reme- dio l. si. C. de edito d. ni. Adria. tamen quan- do ratio appellandi est in promptu, quia constat de nullitate, & inquietate sententiae notorie; puta ex actis: tunc nisi deferatur ap- pellationi huiusmodi proposita vis fiet, quoniam cum sit legitima, vtrumque effe- ctum deuolutiuum & suspensiuum habere, probant Bal. conf. 141. premisis verbis colu. 2. vers. vnde si index. & colu. vlt. vers. vel quando est notorie, lib. 1. Alexan. conf. 91. num. 3. lib. 6. idem Alexan. conf. 77. colu. penult. & vlt. lib. 2. late Zuchard. in repet. l. si. C. de edito d. ni. Adri. num. 440. & seqq. idem affirmat Calcan. conf. 83. num. 1. Bal. in l. consentaneum col. 3. vers. quero, nunquid a tali inmissione, Decius in l. 1. col. penult. vers. 6. & vlt. C. de bonorum poss. secun- dum tabu. Bal. in l. quisquis in prin. C. quorum appell. non recipi. Ioseph. Ludou. decis. 39. n. 9. Natta conf. 172. num. 4. lib. 1. & post alios, quos recenset Ozaf. decis. Pedemon. 2. 5. n. 13. Meno. de adipis. poss. rem. 4. num. 850. & seqq. Achil. Personal. tract. de adipis. sub n. 347.

20 Quod etiam pertinet, quod quamuis a sen- tentia concedente executione virtute obli- gationis Cameralis, aut guarentigiae non admittatur appellatio suspensiuua: tamen si ipsa sententia aliquo ex capite nulla appa- reat notorie ex eisdem actis, appellationi ab ea emissae (cuius ratio sit in promptu) omni- modo deferendum est. ita vt ad executio- nem deuenire index non queat, sed vim faciat, tenet eleganter Gutier. in practi. quastio. civil. lib. 1. quast. 120. & q. 119. vbi in com- probationem multa adducit, sequitur Xua- rez in repet. l. post rem. in declaratio. l. regni. vers. sed prouidentia. in fi. num. 51. ff. de re iudi. ipse Gutier. in d. quast. 119. num. 5. probat, hanc limitationem locum habere in terminis, de

quibus loquimur: quando nullitas est no- toria euidens ex actis, vbi respondet ad l. 6. 4. Tauri excludentem nullitatis allegationem, vt non procedat in hac notoria ex actorum inspectione, sequitur etiam Amad. Rodrigue- z in tract. de executi. c. 6. num. 52. Azueed. in l. 3. tit. 2. 1. num. 7. lib. 4. Recopil. & loquendo in terminis violentiae, ita dicit nostras Gaspar Rodrig. de annu. reddi. lib. 1. c. 17. num. 66. ad finem, quibus adde Auenda. in tract. de exequen. mand. lib. 2. cap. 30. num. 9. vbi dicit, iustissimum esse in casu, quo sententia, vel contractus reducitur ad non esse virtute res- titutionis in integrum, quod de tali nulli- tate opponi posset, vt impediatur executio, quia de huiusmodi sententiis, aut contra- ctibus nullis non loquitur iura, quae praeci- piunt fieri executionem, vt notat Angel. Areti. in l. 1. §. 1. ff. a quibus appella. non licet. Guido Papae in decis. 38. & Petrus Ferrarien. in sua practi. form. 26. Paul. Castren. in l. 1. §. de pupillo. & in l. si. ff. de constitu. pecun. Bal. in l. si absentis in fi. C. si certum petatur, & in l. genera- liter 1. colu. C. de Epis. & cleri. & in l. 1. C. si a non compet. iudi. Et quando instrumentum, quod exequitur, est inefficax, aut nullum, loquitur Bald. in l. si. §. in computatione. C. de iure libe- randi. & in l. hac edito ali. C. de secundis nuptijs. secutus ab Auendano ibi, qui num. 8. ad si. dicit, debere constare de hac nullitate notorie, hoc est, ex eisdem actis, secundum Do- ctores ibidem per eum allegatos.

Et hinc etiam est, quod nullitas, quae no- torie constat, puta, per inspectionem pro- cessus; non aliunde: impedit trium senten- tiarum conformium executionem, vt in vno plures referam. tenet Natta conf. 172. num. 5. tomo 1. & vt infinitos taceam late & optime, Ozafcus Chaqueri. in decis. Pedemon. decis. 142. num. 34. Cou. in prac. quast. cap. 2. 5. a prin.

23 His conuenit, quod ex nostra proposita do- ctрина aliis infert Marc. Anto. Natta conf. 51. tom. 1. n. 21. dicens, quod cum vbicumque pro- hibetur appellatio de iure, appellari tamen potest, vbi constat ex actis de manifesta ini- quitate, & nullitate, quia cessat praesumptio tunc, quae erat pro sententia secundum Anto. de Butri. Abb. & alios in c. inter ceteros. per illum text. de re iudi. & Bal. pluribus locis re- latis per Alex. conf. 107. viso themate. colu. fi. lib. 3. & in l. de pupillo §. qui opus. colu. fi. ff. de operis noui muntiatione. ac ideo cum intro- ductum sit; ne appelletur a defecto pratorio, quia credit Principes, eum, qui ad tantum officium fuerit admissus, non aliter iudica- re, quam ipse princeps foret iudicaturus. l. 1. §. 1. ff. de off. praefecti. preto. quae praesumptio iuris tunc cessat: cum ostenditur manifeste de senten-

de sententiae nullitate, & iniquitate, ideo cum huiusmodi casu liceat appellari: se- quitur quod executio impeditur, cum ap- pellatio iudicatum suspendat. l. furi. §. 1. ff. de ijs qui nos infamia l. 1. §. si. ff. ad Turpilli.

Sed vt clarius (breuius tamen) res, quam agimus, pateat: adnotare censui, quod nul- litas notoria in genere sumpta, prout est ma- nifesta, & euidens: diuiditur in tres species. Prima species est, quando nullitas potest in- continenti probari, seu paratas habet proba- tiones, ideoque non requirit altiore in- daginem, & haec appellatio notorietas, & manifesta impedit executionem vnus sen- tentiae, siue priuilegiae sui natura, quia me- retur executionem, vt in possessoris, ali- mentis, obligatione camerari, & similibus: siue quia transit in rem iudicatam, quia in executione sententiae debet adhiberi cog- nitio summaria. Bart. in l. 4. §. condemnatum sub num. 3. ibi. si vero incontinenti. ff. de re iudi. Soci. in regul. 122. exceptio nullitatis fallen. 1. Vitalli. tract. de clausul. nihil nouari nullita. penden. n. 7. in fi. & num. 8. tomo 18. fol. 382. Staphil. tract. de signat. liter. iusti. rub. de sanati. contract. inuali. sub n. 12. fol. 288. in paruis. Caesar Contar. in l. vni. limit. 7. n. 56. & 57. & n. 65. vers. pro comple- mento C. si de momen. poss. Gallefius ad for- mam camerae obliga. p. 1. quast. 3. num. 3. & 4. tomo 6. p. 2. fol. 31. Philip. Franch. in c. dilecto 63. sub num. 26. quast. 10. vers. circa secundum de effectn. appellations, de appellatio. tenet ex- ceptio Escacia de appellatio. quast. 19. rem. 1. con- clus. 4. num. 30. & sub num. 72. aut agitur de executione vnus sententiae, & iterum conf. 5. num. 5. vbi quod hoc casu, quando tracta- tur de exequenda vnica sententia, nullita- tis exceptio impedit executionem, siue nul- litas probetur euidenter ex actis, vel aliunde, incontinenti tamen, & post Staphileum de literis iustitiae, §. postremo quoad hanc signa- turam num. 14. vers. & ideo. & §. secundum n. 10. 11. & 12. Oldral. conf. 106. incipit, quod litera. Alexan. conf. 77. num. 15. lib. 2. & in d. §. con- demnatum. num. 7. & ibi Ripa num. 17. Rui- num conf. 131. lib. 4. Vestrium in praxi lib. 8. cap. 1. num. 7. tenet Marefcot. variar. resolutio. lib. 1. cap. 86. num. 28. loquendo, quando in causa nullitatis, ad effectum suspendendae executionis aliquid est probandum, scilicet, incontinenti, Couarru. (qui de magis com- muni testatur) practi. cap. 2. 5. in prin. & num. 2. Lancelot. qui plures cumulat, tract. de atten- ta p. 2. c. 17. num. 94. Anton. de Canar. in tract. de executione instru. quast. 11. sub num. 21. ibi, quandoque est aliquid probandum. tomo 5. fol. 41. & ita sunt intelligendi plures Doctores in- firmate loquentes de hac exceptione nul- litatis, probata incontinenti; vt impediatur.

prout etiam probant multi alij Doctores ex his, quos haecenus a principio retulimus.

26 Secunda species nullitatis euidentis illa est; quando ex parte illam proponentis nihil est probandum, vt quia est manifesta, no- toria, & euidens, ex actis patens, & tunc si agitur de impedienda executione trium sen- tentiarum conformium, hac sola notorietatis specie impeditur earum executio. cuius nullitatis probatio aliter, quam ex eisdem actis non releuat, quantumcunque alia offeratur incontinenti. Bart. in d. §. condemnatum num. 2. quam refertens sequitur Vitalli. tract. clausul. in clausula nihil nouari nullit. penden. num. 6. versus finem tomo 18. fol. 382. & Staphil. tractatu de signatu. litera. iusti. rubr. de sanat. contract. inuali. n. 11. in fi. & 12. fol. 288. in paruis. Rota decis. 3. alias 280. licet de excep- tio. in nouis. Cardinal. Alexand. in d. dilecto 63. num. 71. fallent. 1. Vantius tractatu de null. rubr. quot & quibus mod. nullitas, & c. num. 32. vers. sed si nullitas fol. 380. Escacia tract. de ap- pella. quast. 19. rem. 1. conf. 4. sub num. 29. & n. 71. Anton. Gabriel. commu. conclus. lib. 2. tit. de exe- cutione rei iudi. concl. 1. sub num. 8. vers. contra- rium. & num. 10. Lancelo. de attenda. 2. p. c. 17. num. 93. Caesar Contar. in l. vni. limit. 7. n. 56. vers. & pro complemento. C. si de momenta. poss. fuer. appella. Caputaq. decis. 266. p. 2. Cassia- dor. decis. 8. de rescript. Rota decis. 2. num. 11. & seqq. cod. tit. in nouis. Peregri. decis. 24. lib. 1. Capicius decis. 167. num. 3. Ill. in d. §. condem- natu nota. 2. Ozafcus decis. Pedemon. 2. n. 22. ad medi. Auenda. de exequen. ma. da. lib. 2. c. 30. num. 8. ad fi. num. 9. tenent etiam multi alij, quos superius retulimus.

27 Et huius doctrinae reddi potest exemplum, in defectu citationis, quia a producente ni- hil requiritur probandum, quoniam ex in- spectione actorum aperte constat. Bart. in d. l. 4. §. condemnatum num. 2. ff. de re iudi. Vitalli. tractatu de clausul. nihil noua. nulli. penden. n. 6. versus finem. Staphil. vbi infra num. 12. quia defectus actorum ex eisdem probatur, vt de 28 citatione dicit Vantius de nullita. senten. rubr. quis possit dicere de nulli. num. 51. vers. in super fol. 377. Contar. in l. vnica limit. 7. n. 57. vers. euidentem autem C. si de momen. poss.

29 Item in nullitate apparente ex defectu mandati, cuius defectus probatur ex eisdem actis, sicut & citatio, & impedit executio- nem, etiam trium conformium; late Escacia de appellat. quast. 19. rem. 1. concl. 4. a num. 36. vbi de aliis exemplis, de quibus & nos la- tius infra ante fi. huius capituli. & ipse Escacia ibi num. 40. exemplificat in nullitate ap- parente ex facie sententiae, quia talis magis quam quauis alia dicitur euidens ex actis, tenet Contar. in d. l. vnica limit. 7. n. 66. vers. etc.

versic. multo magis C. si de momen. poss.
 31 Idem etiam dicendum est de nullitate, proueniente ex non seruatis terminis substantialibus, quia sententia lata non seruatis substantialibus iudicij, & sententia, est notorie nulla, & nullitas insanabilis, quia termini sunt de substantia, vt dicit Escacia lib. 1. casus. civil. & criminal. c. 3. sub num. 289. & 290. & dicitur nullitas euidēs ex actis, tenet Escacia de appella. q. 19. rem. 1. concl. 4. num. 42. dicens, quod termini sunt de processu, & de actis, & sic impedit executionem. & sic loquedo tam in terminis substantialibus, quam in aliis nullitatibus, cōcernentibus substantiam iudicij, vel in non seruata forma statuti ad actum, tenet Escacia ibi, post Cardin. Alexand. in c. dilecto 63. sub num. 87. quest. 14. fallen. 4. de appella. tenet B. in 1. §. & parui, sub num. 3. vers. ista glo. ff. quod vi aut clam, quem sequitur Anton. de Canar. tract. de execut. instr. quest. 1. vers. ff. sub num. 22. tomo 5. fol. 41. tenent etiā Cassiodor. decis. 8. de rescript. Rota decis. 2. n. 11. & seqq. cod. tit. in nouis. Peregrin. decis. 4. lib. 1. opimē. Reguid. decis. 27. & Cassiodor. decis. 2. de iudicij, bene etiam Marcscotus v. ararum resolutionum lib. 1. c. 87. n. 32. vbi testatur, ita tenuisse Rotam in vna Romana Saleua. interdicti 6. Nouembr. 1598. coram Orano, & nos nonnulla inferiūs.
 33 Tertia species nullitatis manifestat, & euidētis illa est; quando eius probatio, & cognitio requirit altiozem indaginem, quia nec constat ex actis, nec eius iustificatio offertur incōtinenti. & de hac specie loquuntur B. in l. 4. §. condemnationum nu. 3. ff. de re iudi. Vitalli in tractatu de clausul. nihil nouari nulli. pend. sub num. 7. fol. 382. Staphil. de liter. iusti. rubr. de sanas. contract. inu. lib. 1. fol. 288. & ista talis exceptio admittenda etiam est, tunc scilicet, quando sententia quæ nulla pretenditur, continet executionem irretractabilem, vt puta, in criminalibus respectu pœnæ corporalis, quoniam tunc, etiam si de nullitate sententiæ non doceatur notorie ex actis, sed altiore requirit indaginem: impedit opposita siue principaliter, siue incidenter eiusdem sententiæ executionem. ita communis est opinio, de qua per Ill. in l. 3. §. si seruus num. 9. ff. de acquir. possess. testatur Bossi in tit. de nulli. aduersus sententiam num. 4. sequitur Iul. Clar. sentent. lib. 1. §. homicidium colu. 38. fol. 31. vers. successuē quero. & iterum in pract. crim. q. 94. vers. scias autem. Franch. in c. dilecto 63. num. 28. q. 10. limi. 2. Cardin. Alex. ibi sub num. 71. fallen. 5. de appella. Alexand. consil. 17. requisitus. colu. 3. n. 6. lib. 1. Additio ad Vitall. vbi supra num. 4. Matth. Coler. tractatu de processu executi. p. 4. c. 1. fall. 30. nu. 31. iuncto num. 129. Escacia de appella. q. 19. rem.

1. concl. 4. num. 31. Lancelo tract. de attempta. 2. p. c. 17. n. 95. & 96. Guido Papæ tract. de appella. num. 92. vers. si autem intra fol. 61. Prosper. Farinac. practi. crim. q. 101. num. 111. sublimi. 5. Vantius de nulli. rubr. quis possit dicere de nullitate num. 71. affirmat etiam Blancus in pract. crim. in ea parte in qua tractat, an ignorantia excuset à delicto. fol. 101. num. 120. & seqq. & loquendo in executione irretractabili sententiæ, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, idem post alios dicit optimē Menoch. in tract. de arbit. iudi. quest. 98. à num. 6. & per Lancelo. de attempta. 2. p. cap. 17. num. 76. & 77. fol. 397. sequitur Escacia de appella. q. 19. rem. 1. conf. 4. num. 75. & vide num. 74.
 Eandem nostram doctrinā declara, quod quando dicens de notoria iniustitia, ad causam 34 sandam attentatam executionem sententiæ, quæ arguitur nulla euidenter ex actis, debet ipsa nullitas notorie patere, adeo vt sufficiens qualis qualis offuscatio, ad tollendam hanc nullitatis notorietatem, vt per Angel. in l. si possit in fin. de petitione heredit. Decium in c. quoniam contra. num. 36. de probatio. dicit Rota decis. 6016. à num. 8. per Seraphin. tom. 1.
 Nam licet verisimum sit, quod notorium 35 illud dicitur, quod ex actis resultat, quia acta faciunt rem notoriam, c. cum olim. & ibi Abb. num. 3. de verborum signif. c. penult. in prin. de caus. poss. & propriet. l. diuis. ff. de off. presidis. l. qui sententiam de pœnis. Areti. consil. 42. nu. 5. Parisius consil. 11. num. 7. lib. 4. & consil. 53. num. 106. & consil. 77. num. 19. volu. 3. & consil. 98. num. 25. eodem volum. 3. Socinus Iunior consil. 36. num. 18. lib. 1. Decius in c. ex infamatione num. 19. de appella. & in l. cum quid num. 26. ff. si cert. pet. a. & consil. 191. num. 9. Neuzia consil. 30. num. 3. Grammat. decis. 36. nu. 38. Ioseph. Ludouic. decis. Perusi. 20. num. 2. 1. p. Aymon. consil. 303. num. 5. 2. p. Cephal. consil. 57. num. 32. lib. 1. Tiber. Decia. consil. 101. n. 79. lib. 1. Mascari. de proba. concl. 1101. num. 13. & 14. & Decian. consil. 18. num. 45. in 1. volu. Menoch. de recuper. poss. in 1. rem. num. 232. & ipse in tract. de arbit. lib. 2. casu 166. num. 6. cent. 2. qui ferē omnes procedunt in specie, de qua loquimur, scilicet; quando appellatur à sententia, ex cuius processu eius notoria nullitas resultat, vt est videre ex iis, quæ latē Contar. in repet. l. vnica. C. si de momen. poss. fuer. appella. limi. 9. à num. 19. cum seqq. dicens quod nullitas, seu iniustitia sententiæ tunc notorie apparet, quando ex inspectione actorum detegitur.
 Tamen vbi ex aduerso aliquid opponitur; quod dubitationem, & offuscationem pariat, cessat talis notorietas, ita vt sententia amplius dici non potest notorie nulla aut notorie iniqua, vt post plurimos alios latē dicit Contar. in d. 9. limi. num. 34. & in 7. limi.

limi. n. 58. Cephal. cōf. 201. n. 16. lib. 2. Burfat. cōf. 73. n. 3. & 93. lib. 1. Ant. Gabriel. tit. de executio. rei iud. concl. 1. sub n. 8. & seqq. lib. 2. Lancel. Robert. de attent. c. 17. n. 112. quibus in locis præfati Doctores hanc doctrinam ampliant, etiam quod oppositio, & impugnatio cōtineat iuris subtilitatem, & ita cōmuniter seruare Rotam, testatur Anton. August. in decis. 2. tit. de sententiæ, & re iud. & ita in Rota pluries determinatū fuisse adducens decisiones testatur Prosp. Farin. pract. crim. tomo 1. q. 2. n. 17. ad fi. vbi n. preced. plures allegat, tenentes hanc offuscationē tollere notorietatem resultantē ex actis, & idē tenet Ant. Gabr. commu. concl. tit. de execut. rei iud. concl. 1. n. 9. & post Cōtard. d. n. 58. Escacia de appell. q. 19. rem. 1. concl. 5. sub n. 10. & cōcl. 4. sub n. 72. Feli. in c. inter ceteros. 9. sub n. 4. de re iud. dicentes, quod si nullitas obiecta recipit dubitationē, seu disputationē iuris, non retardat executionē triū conformiū, quia nullitas, quæ potest reuocari in dubium, verē non est notoria, quāuis appareat ex actis. Et quia nullitas velata, quæ potest habere dubitationē, & disputationē, non dicitur notoria, dicit Contar. in d. l. vni. limi. 7. n. 61. vers. facit. C. de momen. poss. quia notoria nullitas non patitur disputationem. Cephal. cōf. 202. moniales n. 16. lib. 2.
 Et quando contra nullitatem datur aliqua exceptio releuans, vel quia probatio offuscās notorietatē, non impedit trium conformium executionē, probat Escacia locis proximē citatis. Achil. de Graff. decis. 2. aliās 2. 14. clemētiam. de sententiæ & re iudicij fol. 99. & tenent omnes ceteri Doctores in proposito huius articuli.
 Et ex his quæ hucusque diximus, latēque probauimus, in causis, & iudiciis aliās priuilegiatis, nō admittētibz appellationē suapte natura; ei deferendum esse: nihilominus si 39 emittatur ab actu nullo, cuius nullitas, seu iniustitia notorie appareat; puta: ex inspectione processus, & sic quādo ratio appellandi est in promptu: vt iter inferēdum est, ad ea, quæ frequentius, persæpēque accidūt in supremis tribunalibus, dum ad ea deuenitur per viam violentiæ; nempe, circa prouisiones beneficiorum, tam Parochialium, quā simplicium, vt si peccetur in eorum prouisionis forma, defectusque (vt dictū est) notorie appareat, appellationi emissæ deferendum est indistinctē, ita vt possessio suspendatur ex supradictis.
 40 Nam cum in collatione, prouisionēque beneficiorum obseruare formam, à iure, statuto, vel fundatione perscriptā, omnimodo necessarium sit; ita vt aliās ipsa prouisio nulla erit. Putens decis. 338. lib. 1. Tho. de Than. decis. 99. nam forma omisa actus corruit, c. cum dilecta rescriptis. l. cum hi. §. si prator. ff. de transact. Feli. latē in d. c. cum dilecta. & Ill. in d. §. si prator. exactissimē per Brunum in tract. de forma. Fenerard. in loco à defectu formæ cum aliis per Salgado de protect. Reg. Tom. 1. l.

eos citatis. Aloysius Riccius in praxi Eccles. concursus, &c. decis. 41. q. n. 1. & seqq.
 Quod etiā procedit in foro conscientiarum, in quo nō poterit acceptari, nec retineri beneficium prouisum non seruata forma, requisita à iure secundum magis cōmunem opinionem, quam tenet Innoc. in c. quia plerique, de immu. Eccles. Fortun. Garcia de vltimo sine illatio. 15. Cou. in c. cum esses. n. 6. de testamentis. & idem in regula peccatū 2. p. §. 3. n. 9. Moli. de quest. 1. tomo tract. 2. disp. 8. 1. circa finem vers. ad dictum innotentij. Ant. Gomez in l. 3. Tauri. n. 113. Padilla in l. cum quis C. de iur. & fact. igno. ex n. 7. Mexia ad l. fragmen. concl. 6. à n. 75. Martienzo in l. 1. tit. 4. lib. 5. recop. gl. 10. à n. 9. Azeued. in l. 2. tit. 3. n. 42. lib. 2. Parlado. differētia 12. §. 1. à n. 2. & 17. Ceruantes in d. l. 3. Tauri. à n. 189. Ceuallos in cōtra commu. q. 71. & 173. & ex Theologis Marti. Ledesma 2. 4. q. 18. art. 1. post solutionem 4. & in summa lib. 10. c. 14. §. 26. & in lectu. de censibus. Nauarr. de restit. lib. 3. c. 2. n. 350. Salon. 2. 2. q. 5. de dom. art. 4. Gabriel Vaquez 1. 2. disp. 163. Lorca eadem 1. 2. disput. 2. 1. de legib. ad fi. Magif. Cano 2. 2. q. 62. de dominio. pag. 160. Iulius Clarus §. testamentum q. 90. Lessius de iust. & iur. lib. 2. c. 19. dubio 3. Burgos de Paz in l. 3. Tauri. à n. 1394. plures referens. cum solemnitas, & 43 forma hæc non funderetur in præsumptione, & falsā causā, seu fraude. nam lex irritans testamentum, vel alium actū, in quo non est adhibita, & seruata forma, & solemnitas requisita in vniuersum & generaliter illum irritat ex defectu solemnitatis, & formæ, quantumvis fraus absit, de quo etiā latē per Aloyf. Ricciū in praxi Eccles. concursus, &c. à n. 3. & sup. à prin.
 Et cum à sacro Trid. Concilio sess. 24. de reformatione. c. 18. & motu proprio Pij V. que incipit, in conferendis. sub data 15. Calend. Aprilis anno 1566. & est in Bullario 32. quibus sit præscripta forma inuiolabiliter obseruanda in vacatione, & prouisione beneficiorū Parochialium, quæ si nō seruetur, prouisio est ipso iure nulla, 44 vt cōstat ex d. Conc. ibi, aliās prouisiones omnes contra prædictā formā factæ, subreptitiæ censentur, &c. & in dicto motu proprio ibi, tenore præsentium, omnes, & singulas collationes, & prouisiones, & quasuis dispositiones Parochialium Ecclesiarum, præter, & contra formam, ab eodem Concil. Trid. præsertim in examine per cōcursum faciendō, præscriptā, factas, aut in futurū faciendas, nullas, irritas, aut nullius roboris vel momenti fore, & esse, nullūque prouisus, aut titulum etiam coloratum possidēdi, præbere, & Parochiales Ecclesias huiusmodi (vt priusante collationem huiusmodi vacabant) ex nunc vacare statui- 45 mus, &c.) maximē quia clausula (irritans) quæ hæc constitutiones vtuntur; formā inducere, certum dicitur B. & alij in l. non dubium C. de legib. quam quidem clausulam, & decretum (irritans)